panis et significat vitam actiuam. Jerusalem vero visio pacis et vitam ~~significat~~ designet contemplacionibus plenam. Quam
\b perfecta in utraque vita femina ista fuerit, satis liber vite ejus ostendit. Elyzabeth dei mei saturitas interpretatur, Bethleem vero, ut jam dictum est,
+ Vo dat ms. panis offenbar. ⁿ domus +pacis. Quia hec beata Christum semper in suis membris saturare studuit, non jam figuraliter, sed realiter Bethleem id est ~~panis~~ domus panis Elyzabeth exstitit. Erat et Jerusalem veram pacem id est Christum sive orando sive meditando sive mente excedendo semper videns. Sex portas habuisse legitur Jerusalem terrestris per
ſp
+ mie misericordie quas sex opera ~~mystice~~ misericordie designantur. Per portas civitatis ad actiones exteriores exitur et per easdem portas ad quietem interiorem intratur. Beata Elyzabeth sic exercuit opera
+ mie + misericordie +~~mystice~~ misericordie ut non recederet a divina contemplacione. De secreto contemplacionis quasi per quasdam portas iusticie frequenter exiuit, ut Christum in pauperibus esurientem cibaret, sitientem potaret, hospitem colligeret, nudum operiret, infirmum visitaret et in cujuslibet necessitatis carcere positum